Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8225
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



inventores cantuum et instrumentorum et omnia alia officia diligunt
que spectant ad delectationem luxurie sicut est barbitonsor qui bar-
bam radit et capillos capitis pectit et sic lotrix que lavat
pannos, et pictor qui figurat in pariete depingit et sic de
aliis hiis similibus veluti illi qui in nuptiis et festis
coreas et ludum faciunt. Et ideo venus est planeta qui homines
tenet otiosos et ipsos affinibus rex corporalium deviat qui
instinctum habent et appetitum existentiam et ipsos movet ad aperen-
tiam et vanitatem. Item venus feminas excitat plus ad pulcri-
tudinem et ornatum quam ad bonitatem et hanc naturam habet per aquam
que appetitum habet ad lotiones faciendum manuum pannorum et ad
mundiciam domorum et vestimentorum et pulcrorum colorum.

De Mercurio

Mercurius est planeta mediocris masculinus et diurnus habens
argentum vivum et diem mercurii et est domus gemini et vir-
ginis et dicitur quod est planeta mediocris et cum venere suum
cursum facit in anno et per se complexionem non habet et habet assumptionem astro-
nomi ut sit instrumentum cum quo fiant conversiones influentiarum
signorum et planetarum super ipsum existentium et ut mercurius il-
lam influentiam tradat lune in qua tradita influentia instinctibus et ap-
petitibus naturalibus elementorum et huius elementatorum et huius
natura planete est necessaria in corporibus celestibus ut ordinate in-
fluentiam eorum tradat ad inferiora hoc est dicendum quod ille planeta
aut planete qui cum maiori virtute signi veniunt eorum cum
maiori virtute sui mercurii habeant pro subiecto in quo eorum fiat
conversio hoc est dicendum pro constellatione mercurii magis sit fortuna-
ta et de meliori fortuna hominibus qui in ipso hoc est in sua